

Viro Eruditissimo, Doctori clarissimo, Domino
Carolo a Morgenstern. Salutem.

Meritam debitamque persolvo tibi, vir mihi
colende, gratiam, quod locum a me petitum
ex annalibus Ditmari describendum mihi
curare et mecum communicare non es graua-
tus. Sed in hoc excerpto non inveni, quod nos-
ter Historiographus Karamzin tomo 1^{mo} suae
Historiae sub nota 488 ex ultimis paginis lib.
VII. annalium Ditmari meminit, scilicet popu-
lares ejus vidisse sepulchrum Vladimiri Magni
Ducis Kioviensis prope sepulchrum uxoris ejus
in medio templo. Fac igitur, quæso, vir optime,
ut hunc quoque locum descriptum mecum
communicare velis.

Tui Nominis cultor Studiosissimus

dabam
Kiovis

„13.“ Janua
an. 182



Eugenius Metropolitæ Kioviensis